Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



206.

me. Quia in inferno. Lectio septima.
Sicut in ada omnes moriuntur: ita et
in xpo omnes viuificabuntur. Vnus-
quisque autem in suo ordine primitie xpus:
deinde hi qui sunt xpi in aduentu eius. R.
Domine secundum actum meum noli me iudicare
nihil dignum in conspectu tuo egi. Ideo de-
preco: maiestatem tuam vt tu deus deleas ini-
quitatem meam. V. Amplius laua me domine
ab iniustitia mea et a delicto meo munda
me quia tibi soli peccaui. Ideo. Lectio viij.
Fratres. Ecce misterium vobis dico.
Omnes quidem resurgemus: sed non omnes
immutabimur. In momento in ictu oculi
in nouissima tuba. Canet enim tuba
et mortui resurgent incorrupti. Et nos
immutabimur. R. Liberasti me domine de pe-
nis inferni. Qui portas eneas confregisti
et visitasti infernum et dedisti eis lumen vt
viderent te quia erant in penis tenebrarum.
V. Clamantes et dicentes aduenisti redem-
tor noster. Qui portas. Lectio nona.
Ipsi enim fratres scitis diligenter. qa dies
domini sicut fur in nocte ita veniet.